



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

54. Nuper pro parte &c. Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis  
Episcoporum, & Regularium, quo sancitur servari solitum in electione  
Provincialium Provinciarum S. Antonii, & S. Crucis Ordinis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

per viam contractus, & remunerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis; etiam continentibus, quod excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, & indultis hujusmodi mentionem.

**I. 5.** Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur; presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transtupis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sanguine Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibetur, que ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostense. Dat. in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscatoris die xviij. Junii MDCCXII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

F. Oliverius.

Fides haben-  
da Transum-  
ptis.Dat. 18. Ju-  
ni 1712.

## LIV.

## C O N F I R M A T I O

Decreti Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo sanctur servari solitum in electione Provincialium Provinciarum S. Antonini, & S. Crucis Ordinis Prædicatorum in Indiis Occidentalibus, hoc est, admitti ad eundem suffragium Priores Domorum, seu Conventuum, ubi minus etiam, quam quatuor Fratres degunt, non obstante Brevi contrario Pauli V., & aliis quibuscumque.

## C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

Status con-  
troversia.

In Provin-  
ciis S. Anto-  
nini, & S.  
Crucis Prio-  
res Dom-  
orum, ubi  
nullus aliis  
religiosus de-  
gebat semper  
suffragium  
tulerunt in

Nuper pro parte Dilecti Filii Didaci de Herre-  
ra Lobaton Fratris expressi Professi Ordinis  
Prædicatorum, Procuratoris Provinciarum S. An-  
tonini novi Regni Granatensis, & Sanctæ Crucis  
ejusdem Ordinis in Indiis Occidentalibus, Con-  
gregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R.  
E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Epis-  
coporum, & Regularium præposita exposito,  
quod inconcussa, & inveterata praxis in dictis Pro-  
vinciis semper viguerat, ut licet ab eorum Con-  
ventibus, seu Domibus exiguis, nempē duorum,  
trium, vel quatuor Religiosorum numerus aleretur,  
& in aliqua ex Domibus hujusmodi unus tantum Religiosus nomine Prioris habitare,  
eo quia aliquot ex dictis Domibus pro Doctri-  
nis, seu Parochiis ad instructionem Populorum

illarum partium destinatae erant; nihilominus Do-  
morum prefatarum Priores, seu Vicarii votum, five suffragium in eorum Capitulo Provincialibus  
semper tolerant, ac in electione proprii Prioris.  
Provincialis, tanquam legitimi Vocales habiti  
fuerant, quemadmodum dicta praxis approbata,  
& præscripta reperiebatur ad formam propriarum  
Constitutionum a diversis Romanis Pontificibus  
Prædecessoribus nostris, videlicet à fel. rec. Cle-  
mente PP. VII. Prædecessore nostro vigore qua-  
rundam suarum literarum in simili forma Brevis  
die xxi. Julii MDXXXIII. expeditarum, ac à rec.  
mem. Paulo PP. III. itidem Prædecessore nostro  
per binas suas itidem in forma Brevis, primas  
quidem sub Dat. x. Aprilis MDXL, in quibus per  
sequenta verba disponebatur, id est: & quatenus  
Domus, & Loca ejusdem Ordinis duodecim  
numerum Fratrum non habuissent, & numerum  
quatuor Fratrum hujusmodi dumtaxat continu-  
fuerint, illarum voces pro electione hujusmodi Prio-  
ris Provincialis juxta earundem Constitutionum  
formam sufficerent: alteras vero literas hujusmo-  
di sub Dat. primâ Januarii MDXLVI. per infra-  
scripta verba indulgebatur: ut dictarum Domorum  
Vicarii, etiamsi in eis minus, quam quatuor Fra-  
tres extitissent, vocem in electione dicti Prioris  
Provincialis haberent.

**J. 1.** Præterea idem colligebatur ex quibusdam aliis pia mem. Gregorii PP. XIII. similiter  
Prædecessoris nostri, Idibus Julii MDLXXX. sub  
plumbō signante, ad favorem memoratae Provin-  
ciae S. Antonini expeditis literis; & denique per  
alias rec. pariter mem. Alexandri PP. VII. itidem  
Prædecessoris nostri die viii. Novembris  
MDCLXIV. in eadem formâ Brevis expeditas li-  
teras statuebatur, & ordinabatur, ut eorumdem  
Priorum electiones in Capitulo Provinciali fierent;  
si vero electio extra Capitulum Provinciale facien-  
da esset, illa per vota, five suffragia secreta à  
Prio Provinciali una cum duodecim aliis Religio-  
sos antiquioribus, ac in Conventu Principali fier-  
et; ipsique Priores postea d. votum, five suf-  
fragium in Capitulo præfato liberè ferre pos-  
sent.

**J. 2.** Porro, hoc minimè obstante, sâpe præ-  
tentum fuerat, illam electionem Prioris Provin-  
cialis fuisse nullam, quæ celebrati contigissent in  
aliqua ex dictis Provinciis cum voto, five suffra-  
gio Priorum, seu Vicariorum Domorum, seu Con-  
ventuum, in quibus non alebatur saltu octo Reli-  
giosorum numerus juxta præscriptum quarundam  
literarum similis me. Pauli PP. V. etiam  
Prædecessoris nostri die 23. Septembris MDXI.  
in simili formâ Brevis pariter expeditatum, per  
quas statuebatur, ut Conventus præfati, qui nu-  
merum octo Religiosorum sufficere non potuissent,  
supprimi deberent; Si vero id executioni  
demandari non valuerit, Regulares ad alios Con-  
ventus, seu ad alias Domos Regulares transfe-  
rentur: Ita ut in partibus Indiarum non reperi-  
tentur Monasterium, aut Regularis Domus, in  
quâ, seu qua minor numerus octo Monachorum,  
seu Fratrum regularem vitam duceret; & alias  
prout in supradictis Clementis, binis Pauli III.,  
Gregorii, Pauli V., & Alexandri Prædecessorum  
prefatorum expeditis literis, quarum tenores  
presentibus pro expressis, & insertis haberi volu-  
mus, uberiori dicebatur contineri; & in eadem  
expositione subiuncto, quid memorati Pauli V.  
Prædecessoris litera aliis supradictis, & præ  
ceteris illis ejusdem Alexandri Prædecessoris literis,  
quæ posterius emanarunt, adversabantur,  
minusque ejusmodi Pauli V. Prædecessoris  
litera; quarum execilio arbitrio Episcoporum  
tunc in eisdem partibus existentium commissa  
fuerat, ut si ita pro Divini Cultus augmento,

Referuntur  
Brevia Pon-  
ticicia ea de  
re statuentia.

& Regularis Disciplinae oblervantia expedire iudicarent, super quo eorum conscientia onerabatur, ab eis executioni minime demandata reperiebantur, ac ex diurna experientia competitum fuerat, quod erdem Pauli V. Prædecessoris litera tunc producebantur, quando prætententes agnoscabant, se, votum ferentibus, vel non ferentibus dictis Prioribus, posse includi, vel excludi; adeo ut hoc tantum tenderet ad perturbandas dictas Provincias, & ad foventadas continuas discordias inter Religiosos, & ad validandam, vel annulandam ad proprium libitum electionem. Proindeque eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut ipsa circa præmissa solitum juxta antiquam praxim Ordinis, & Provinciarum præfatarum servari mandaret, nempe, ut præfatis Pauli V. Prædecessoris literis minime obstantibus, Dominus, seu Conventus, in quibus, tametsi numerus octo Religiosorum non aleretur, vel sufficeretur, in pristino ejus statu conservarentur, atenta spirituali utilitate, qua ex assistentiis, & fervore memoratorum Religiosorum in infrauenis in mysteriis Fidei Populis earundem Partium proveniebat, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus Sanctæ Fidei in eisdem Indiis prefata Congregatione Cardinalium retulerat, ac insuper, ut hujusmodi Domorum, seu Conventuum Priors, & Vicarii voce, five suffragio in electionibus Priorum Provincialium in posterum gaudere deberent: Itant electiones juxta tenorem Clementis, Paulis III., Gregorii, & Alexandri Prædecessorum præfatorum literarum exinde facienda, pro validis, & canonicis haberentur: Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, auditio Patre Magistro Generali Ordinis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, ac decrevit, servandum solitum, non obstante enunciato Brevi Pauli V., & aliis quibuscumque, Romæ x. Junii MDCCXII.: G. Cardinalis Carpineus: F. Arch. Nicænus Secret. Locus + sigilli.

Sacra Cong.  
decernit ser-  
vari solitum  
non obstante  
contrario  
Brevi Pauli  
V. & aliis  
quibuscum-  
que.

Pontifex e-  
jusmodi De-  
crevum con-  
firmat cum  
clausulis  
confectis.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Didacus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostra patrocinio communis plurimum desideret: Nos ipsum Didaci votis hac in re, quantum cum Domino possimus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquis Ecclesiasticis sententiis, & penis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodus exsift, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & ab solutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentum approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis autoritate moratae Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabilitate observari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, tiam Causatum Palati Apostolici Auditores jucicati, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate

scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quævis firmitate alia roboratis statutis; & confitudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contraria quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitute munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsi præsentibus, si fore exhibita, vel ostendetur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Julii MDCCXII. Pontificatus Nostris Anno Duodecimo.

F. Oliverius.

#### C O N S T I T U T I O

L V.

Qua Conventus S. Luciae in Monte Civitatis Neapolitanæ, & Hospitium S. Petri de Alcantara Provincia Neapolitanæ reununtur, & reannectuntur Provincia S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano, eorumque dismembratio antea facta extinguitur, & aboletur.

#### C L E M E N S   P A P A   X I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Circumspecta Romani Pontificis providentia exigit, ut qua alia pro reducenda inter Religiosos Viros pace, & tranquillitate provide, prudenter constituta, & ordinata fuerint, si mutatis rerum, temporumque circumstantis regulari disciplina, & observantiae detrimentum adferre noscantur, in pristinum, ac debitum statum restituat, sicut conspicit in Domino salubriter expidere. Alias siquidem per Nos accepto, quod inter Dilectos Filios Fratres Neapolitanos, & Hispanos Provinciae Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantiâ nuncupatorum plures controversiae exorte periebantur, fierique nequibat, ut dicti Fratres habitatione, & rerum communione conjuncti, animis, & contrariis studiis non dissiderent, ac proinde expediebat eos ab invicem segregari: Nos motu proprio, ac ex certa scientia, & matrâ deliberatione nostris, deque Apostolicea protestatio plenitude, Conventum Sancte Lucia de Monte nuncupat. Civitatis Neapolitanæ, & Hospitium dicti S. Petri de Alcantara loci de Portici dictæ Provinciae Neapolitanæ. Dicæ, ab eadem Provincia perpetuò separavimus, & dismembravimus, illaque sic separata, & dismembrata Provincia ejusdem S. Petri de Alcantara Regni Castellæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis idem perpetuò univimus, anneximus, & incorporavimus. Volentes, & ordinantes, ut in illis Religiosi Hispaniæ, qui deinceps Ministro Provinciae secundodictæ Provinciae pro tempore existenti subiecti essent, habitarent, & collocarentur, alii vero primodiæ Provinciae Conventus, qui

Procemium.

Pontifex ad tollenda difidia inter Conventum Sanctæ Luciae de Monte & Holipt. S. Petri de Alcantara dismembraverat à Provincia Neapolitana, ea que perpetuo universit Provincia S. Petri de Alcantara Regni Castellæ,